



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

125. Spelunca: Ex Apuleio. l. 4. Metam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Verum hoc ambrosia, & nectaris est latex, inquit de vino generoso, quod postea Panyasis est imitatus.

Νέφλι. ὁ δὲ Διονύσιος κεράνη. Aqua diluta. *Æschylus, in Eumenidibus aquam vocat, χόος δ' οἶνος ἢ νεφέλη, μετὰ γὰρ μέλα.*

Juliani immanis frugalitas. Hanc autem frugalitatem in Iuliano commendat Ammianus, lib. 25. & immanem fuisse (ut eius verbo utar) asseuerat.

Omitto prolixas villarum descriptiones, quas vide apud Plinium lib. 2. epist. 17. & lib. 5. ep. 6. & apud Sidorium Apollinarem, lib. 2. ep. 2.

SOLITUDO TORRIDA.

Ex Curtio, lib. 4.

Descriptio CXXIV.

AC primo quidem, & sequenti die tolerabilis labor visus, nondum tam vastis solitudinibus aditis, iam tamen sterili, & moriente terra: Sed ut se aperuere campi alto obruti sabulo, haud secus, quam profundum æquor ingressi: terram oculis requirebant. Nulla arbor, nullum culti soli occurrebat vestigium, aquæ etiam deuexerat, quam utribus cameli deuexerant; & in arido solo, ac feruido sabulo nullæ erant. Ad hæc sol omnia accendebat, siccaque, & arida erant omnia, cum repente siue illud Deorum munus, siue casus fuit: obductæ caelo nubes, solum vigente æstu fatigatis, etiam si aquæ deficeret auxilium. Enimvero, ut largum quoque imbrem excusserunt procellæ, pro se quisque excipere eum, quidam ob sitim impotentes sui, ore quoque hiant captare cœperunt.

SPELVNCA.

Apuleius, lib. 4. metam.

Descriptio CXXV.

Mons horridus, syluestribusq; frondibus umbrosus, & in primis altus fuit.

Huius per deuera obliqua, qua saxis asperimis, & ob id inaccessibleis, cingitur: conualles lacunosæ, cauea q; nimium aggerata, & quaqua versus repositæ, naturalem tutelam præbentes ambiabant. De summo vertice fons affluens, bullis ingenibus scaturiebat, perq; ptona delapsus, euomebat vndas argentæas, iamq; riuis pluribus dispersus, ac valles illas amnibus stagnantibus irrigans, in modum stipati maris cuncta cohibebat. Insurgunt verò speluncæ, qua margines montanæ desunt, turris ardua, caula firma, solidis cratibus, ouiliq; stabulatione commoda, porrectis vndique lateribus, ante fores exigui tramites, vice structi parietis attenduntur.

Adde Corycium specum quæ describitur à Pomponio Mela. l. 1. c. 13.

CORYCIUS SPECVS.

Ex Pomponio Mela, lib. 1.

cap. 13.

Descriptio CXXVI.

SVpra Specus est nomine Corycius singulari ingenio, ac supra quam ut describi facile possit eximius. Grandi namque hiatus patens, montem littori appositum, & decem stadiorum cliuo satis arduum, ex summo statim vertice aperit. Tunc altè demissus, & quantum dimittitur amplior, viret lucis pubentibus vndique, & totum se nemoroso laterum orbe complectitur: adco mitificus ac pulcher, ut mentes accedentium primo aspectu consternat, vbi contemplati durare, non satiet. Vnus in eum descensus est, angustus, asper, quingentorum & mille passuum, per amœnas vmbas, & opaca syluæ quiddam agreste resonantis, riuis hinc atque illinc fluitantibus.



Dddd 3

R.V.